

adversario tuo, & judex tradat te exactori, & lincidas in domum victorum.

- Græcus Esto benevolus.
Arabicus. Esto benignus litiganti tecum.
Aliqui apud Franc. Luc. Esto concors.
Syriacus n. 26. Non egressurum donec reddideris octavum numulum.
Pagninus. Extremum quadrantem.

EXPOSITIO.

82. SUPRA Dominus nos maxime exhortatur ad gratiam & amicitiam cum proximo, si velimus, nos nostraque opera Deo esse grata: nunc autem nos monet, & provocat terrenis divini iudicij severitate, si in hac Charitate non steterimus. Et ad hoc adducit exemplum quemadmodum ille, qui in ius vocatus pergit cum suo exactore ad iudicium; multo melius est, in itinere, dum lis adhuc pendet, componere totam rem, quia socius potest ei aliquid remittere in via, quam ad iudicium convenire, quia iudex toto iustitiae rigore rem exactissime exquirat, illumque probrose, ac ignominiose conjiciet in carcerem, donec totum restituat: ita qui læsit fratrem suum contumeliis, ac opprobriis, dicendo, Fama, vel Raca, & se debitorem honoris restituendi constituit optimum est, ut citò pergat, & dum adhuc est in hac via, scilicet vita, reconcilietur cum eo, quo pro illatis iniuriis veniam obtinere potest, antequam Deo iudici tradatur; quia tunc rigorose carceri tradetur, ut totum debitum persolvat, vel lethale in Inferno, vel veniale in Purgatorio, ut explicat Cajetanus, & Cornelius à Lapide. Singula aptemus.

Cajetan. Corn. 83.

Cajetan.

Joan. 9.

Glossa. Alber Mag. S. Thom. Hugo.

Act. 3.

84. D. Thom. Psal. 103.

Esto consentiens adversario tuo, id est, esto amicus, & benevolus cum tuo adversario, nempe cum fratre, in quem intulisti injuriam, & opprobrium. Et esto consentiens satisfaciendo, ac recompensando honorem ablatum, & damnū illarum. Cajetan. ita explicat: Esto bene volus animo & opere adversario tuo, id est, homini tibi adversanti, quamvis tu non adverseris ei, hoc est, nec irascaris adversario, nec dicas illi, Raca. Sed prima expositio magis litteralis. Citò, diligenter absque ulla mora, ne subito auferaris, quando minus cogitas. Dum es in via cum eo, dum es in hac vita cum eo, facile est, rem componere, Joan. 9. n. 4. Venit nunc, quando nemo potest operari. Sequitur textus, Ne foris: ut ait Glossa, Albert. Magnus, S. Thomas, Hugo. Non dixit absolute, tradet te, sed posuit: Ne foris, ne auferatur locus penitentiae; quia si per penitentiam doleas, non tradet. Et sic multi injurias illatas fratribus, per penitentiam diluerunt. Sic dixit Petrus ad Judæos, qui Christum crucifixerunt Act. 3. n. 19. Penitentiam igitur, & convertimini, ne deleantur peccata vestra.

Et tunc judex, scilicet Christus, tradet te ministro, ut explicat D. Thom. id est, Angelo. Qui facit Angelos suos spiritus, Psal. 103. n. 4. Vel exactori

diabolo. Et in carcerem mittaris, id est, in Infernum, vel Purgatorium, pro qualitate culpæ: Non exies inde, donec reddas, hoc est, à Purgatorio non exies, donec solvas pœnam temporalem debitam. Ab inferno autem, cuius pœna est æterna? Illud donec, ut notant D. Augustinus, S. Thomas, non significat finem pœnæ, sed continuationem miseræ, quasi dicat: Semper solves, & nunquam persolves; seu, ut clarius dicam: Non exies inde, donec solvas, seu reddas: atqui in Inferno nunquam debitum persolvitur; ergo nunquam inde exies, sicut Psal. 109. n. 2. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos; id est, semper sedebis.

Novissimum quadrantem. Quadrans significat quartam partem, & vulgariter sumitur pro quodam genere nummi. Est autem quadrans quarta pars assis, teste Pubæo lib. de Ass. As continet quatuor Reis, ut materno sermone dicam; quadrans verd hunc Real; & ita quadrans sumitur pro minimo pretij nummulo, & per hanc metaphoram significatur: quod etiam minima culpa persolvenda est.

QUESTIO XIV.

Quam sit adversarius iste?

MARIE sunt in hac re interpretationes prima, & mihi vera, quam secutus sum in expositione, & tradunt D. Hieron. can. 4. Imperfecti. Hilari. homil. 1. D. Hieron. lib. 2. D. Ambrosii. lib. 7. in Luc. Imperfecti. cap. 12. D. Paschas. Rupert. lib. 4. in Math. quod adversarius, de quo hic fit sermo, est ille, qui habet aliquid adversum nos, quia cum læsimus, ac offendimus, appellando Raca, vel fatues; seu aliam injuriam inferendo: hic enim actionem habet accusandi nos in iudicio. Hic namque sensus optime coheret cum superioribus, in quibus nos Dominus maxime adhortatur, reconciliari cum fratre, si habet aliquid aversum nos. Alias sententias de hac re breviter videamus.

Secunda est Tertull. lib. de anima Origen. homil. 35. in Luc. qui docet, adversarium, de quo hic est sermo, esse diabolum communem inimicis generis humani. Tertia est D. Athanasij 9. 62. ac insignis Poëtae Juvenci, qui contendunt adversarium esse carnem, quæ concupiscit adversus spiritum. Sed nec carni, nec diabolo consentire debemus, sed potius ejus suasionibus maxime dissentire, ut bene docet hic Augustinus. Quarto idem D. Athanas. loco proxime citato, & accommodatori intelligentia docet, adversarium vocari conscientiam. Ipsa enim adversatur peccatis, & nos interius maxime pungit, ut à peccatis, abstinamus; & si ei non acquiescimus clamatur, & accusat nos ante tribunal Dei. Vide supra cap. 3. num. 308.

Quinto, D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini, cap. 22. existimat, adversarium legem Dei significare. Lex autem Dei adversarius noster appellatur, quia ipsa dirigens gressus nostros ad rectitudinem, ac ad bonum nos exhortans, maxime contrariatur vitiiis, ac effræntatis cupiditatibus. Quid enim, ait Augustinus, sic adversatur peccare volentibus, quam lex Dei, & Scriptura divina. Esto consentiens adversario tuo. Quis autem consentit Scripturae divinae, nisi qui legit, & audit, ut quod

August. S. Thom.

Psalm. 109.

85.

Budæus.

86.

Vera intelli-

gentia.

Hilar.

Imperfecti.

Hieron.

Ambros.

Paschas.

Rupert.

August.

88.

Athanas.

Conscientia

pungit, &

accusat.

89.

August.

Lex adver-

sarius pec-

catiss.

EXPOSITIO.

SUPRA, ut notat hic D. Thomas, ordinavit Dominus appetitum irascibilem respectu suæ passionis, & efficaciter nos adhortatus est ad omnem iram contra proximum deponendam. Hic verd ordinat, ac componit concupiscibilem respectu suæ passionis. Cur autem Dominus incepit, non à primo præcepto, sed à quinto, & sexto? jam explicavi superiori cap. num. 36. Audistis, quia dictum est antiquis, scilicet Judæis sub præceptis legis viventibus, multo tempore jam elapso. Nam, ut ait Chrysof. dum dicit antiquis, ostendit multum tempus, ex quo hoc mandatum acceperunt. Non mœchabit, id est, non committes adulterium, ut ex Græco habent Pagninus, Vatablus, Arias, & alij communiter. Mœchia hic, seu concubitus, generaliter accipitur pro omni actu carnali illicito, ut dicam qual.

D. Thom. Ordo sextus.

Chrysof.

Pagnin. Vatab. Arias.

Hugo.

Alber. Mag. Lex a: omnes, qui in eadem infirmitate sunt

Hieron.

Puritas Christiana intendit in ternam munus.

Jam dicitur. mœchatus est eam in corde suo; hoc est, jam eam contupravit, ac violavit voluntate, ac animo suo; id est jam enim stupri reus est, legisque transgressor.

quod intelligit, non propter hoc oderit, quod peccatis suis adversari sentit; sed magis diligit correptorem suum, & gaudeat, quod morbis suis, donec sanentur, non parcat. Multa præclare docet Augustinus. Adversarius noster lex Dei, cui debemus consentire, dum sumus in via, aliter ipsa lex tradet nos, & accusabit coram Deo iudice. Sic ait Christus Dominus Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui iudicet eum: sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in novissimo die, Joan. 12. n. 48. Et meritò ipsa lex nos accusat apud Deum Patrem, & ut ait Chrysof. homil. 68. in Joan. in ordine stabit accusatoris, omnem tollens excusationem. Immo ipsa lex nos iudicat, ut explicat Theophylact. ad cit. loc. Joan. quia cum ipsa esset summi diligenda à nobis: quia nostris morbis, ut ait Augustinus, donec sanemur, non parcat; tam enim cum insurgimus, eamque contempnimus, ac parvipendimus tanquam adversarium nostrum.

Joan. 12.

Chrysof.

Theophyl.

August.

Monitor venerandus, & non contempnendus.

90.

Ofca. 5. Septuag.

In multa incidit supplicia, qui monitorem suum contempnit.

Ait Oseas cap. 5. iuxta Septuag. n. 11. Oppressit Ephraim adversarium suum, conculeavit iudicium quoniam cepit abire post sordem. Et statim enumerat Prophetæ multa mala in Ephraim. Sed unde tot ei contigere mala? Ilias Abbas orat. 4. existimat cum D. August. adversarium esse monitorem, qui corripiebat Ephraim à vitiiis suis, quo spreto conculeavit iudicium, cepit abire post sordem; & inundaverunt multa mala captivitatibus, interitus, ac perditionis super eum. Ita ait citatus Abbas. Hæc Ephraim contigerunt, quia oppressit adversarium suum. Vide cap. 5. n. 182.

CAP. XIII.

Fornicatio, Juramentum, Vindicta vitanda.

Matth. 5. n. 27. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis.

Numer. 28. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam: jam mœchatus est eam in corde suo.

VERSIONES.

- Syriacus. Quisquis aspexerit mulierem, ut eam concupiscat, illico adulteravit eam in corde suo.
Pagninus. Non committes adulterium.
Alius. Omnis, qui aspexerit uxorem alicuius ad concupiscendum, jam adulterium cum ea commisit in corde suo.

Sylveira in Evang. Tom. II.

QUESTIO I.

Quare Dominus cum tanta brevitate explicet præceptum fornicationis. Circa quod tria dubia expendo.

EX triplici capite hic exurgit difficultas. Et primò, quare potius loquitur de viro, dicendo: Qui viderit mulierem: Quàm de muliere, dicendo: Quæ viderit virum? Respondet primò D. Chrysofomus. Quia ad hoc paria iudicantur

3.

Prima diffi-

cultas: cur potius loquitur de viro

Chrysof.

Eg 3

vir,



vir, & mulier, sed propter dignitatem, complexionis: vir enim caput est mulieris, & ideo sub nomine viri resolvetur questio, Omnis legislator præcepta dat viris, ut per viros ad mulieres transeant. 1. Corinth. 14. n. 34. *Mulieres in Ecclesiis taceant, si quid autem volumus discere, domini viros suos interrogent.* Secundò responder Albert. Mag. Potest quidem dici, quòd major tentatio est in viro, quam in muliere; licet in muliere resistentia sit minor: & ubi major est tentatio, ibi ponit Dominus instructionem. Prima tamen solutio mihi videtur probabilior.

4. *Secunda difficultas: cur ait: Videris, & non concupiscentis.* D. Thom.

5. *Tertia difficultas: cur iam breviter loquatur de omni specie luxuria?* August.

6. *De luxuria breviter loquendum.*

7. *Quoniam iniquitas acculatur castissima Susanna, quod fuerit in adulterio comprehensa.* Dicebatur illi: *Veni ad eam adolescens & concubuit cum ea,* Daniel. 14. num. 37. Et iterum: *Vidimus eos pariter commisceri,* ibid. nu. 38. Eorum testimonium scrutans sanctus Daniel, eos jubet ab invicem separari, & cum unoquoque loquens, ait: *Dic sub qua arbore videris eos loquentes sibi,* ibi, num. 35. & 38. Multum distat concubitus, ac commissio à colloquio, nam in

concubitu stat adulterium, minimè verò in colloquio præcisè. Ad concubitum sequens pecunia capitalis, quam minimè colloquium preteritur. Si testes clamant, quòd viderint eam in scortum, ac commissione cum adolescente, quomodo sanctus Propheta confugit ad colloquium? *Damen luxuria nielerat purus, & mundus, & hac de causa puer fovans.* appellatur: *Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri, cuius nomen Daniel,* ib. n. 45. & notat Chrysof. *hom. de Susanna.* Ob suam ergo munditiam Daniel, omisso nomine concubitus, fecditatem luxuriæ exprimente, ac declarante, colloquium dixit, quòd initium parat ad adulterium, Lyran. Lyran. *Cur aliter, ait, loquitur, sicut homo castus, & verecundus, non sicut senes impudici, qui dixerunt, Vidimus eos pariter commisceri.*

QUESTIO II.

Quare inter ceteros sensus visus specialiter prohibeatur?

PRo resolutione hujus puncti videnda sunt quæ dixi superiori quæst. diff. 2. ubi tractavi, Quare Christus Dominus dixit patris, qui viderit, quam qui concupiscentis? Quæ ibi sunt videnda. Et ideo prima solutio hujus rei sit ex Beda. Quia Dominus in visu omnem motum animi, ac delectationem intelligit. Secundò ait D. Thom. Quia visus magis est in promptu ad concupiscentiam; & ideo Dominus specialiter in eo ponit prohibitionem.

Tertiò D. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 107. *Ob eam enim causam salutaris quoque sermo cum, qui impudico oculo aliquem perspicit, supplicio affecturum se comminatus est, cum alij legislatores facinus dumtaxat puniant; ne difficile, ac nimis arduum bellum sit, verum facile, & proclive.* Hæmani legislatores communiter prohibent factum, verbi gratia adulterium, incestum, homicidium; at Christus suis interdicit oculorum visionem ad concupiscentium: nam, ut ait S. Pater in initio Epistolæ proximè citatæ, oculus mentis porta est. Ne ergo bellum hominis cum suo appetitu sit nimis durum, & oporteat multum in victoria insudare, præcipit Dominus, claudere mentis ostium, ut pugna sit facilis, & victoria in promptu. Dominus suos athletas ad puritatem, ac obedientiam vocat; sed ea hella indicit, quæ sint facilis, & proclivia. Ea enim Dominus disponit, per quæ nos facilliter possit in præceptorum suorum obedientia continere.

Quartò. Vetantur oculorum aspectus; nam per eos potissimum, ac valde frequenter ingeritur venenum agnitæ pulchritudinis, per quam movetur, ac excitatur libido, & appetitus. Et ideo Divus Hieronymus hi; loquens de hac prohibitione oculorum ait: *In Evangelio asseruntur peccatorum exordia.* Quantam verò materiam ad peccandum inter omnes sensus oculi ministrent, satis aperte nobis insinuat Sapiens Ecclesiast. 3. 1. numero 15. *Nequius oculo quid creatum est.* Oculus nequitia sua superat quicquid iniquum est. Sed unde tanta nequitia oculo ascribitur, cum ei nec sit consensus, nec voluntas? Ea potissimum ratione tanta ei nequitia tribuitur; quia licet in eo sit peccatum, per eum tamen valde

valde magna & ampla, ministratur peccandi materia. Unde Chrysologus *serm. 39.* ait: *Nonne oculus pravaricationis est auctor.* Ipse tanquam auctor, peccandi materiam præbet.

11. *Sapiens Proverb. 6. num. 25.* ait, *Non concupiscat pulchritudinem ejus, scilicet mulieris, cor tuum, quæ verba sic legit Chrysofomus h. mil. 3. de verbis Isaia. Non cognoscas pulchritudinem aliena.* Sed cur nos tam efficaciter exhortatur, ne in venustam mulieris faciem figamus oculos, aciem? Chrysofomus citatus. *Videri sicut causa peccati? Minime verò, nam hoc natura opus est. Sed quid tandem mali videre? hoc enim est depravata voluntatis. Propterea, Sapiens admonet, dicens: Ne cognoscas pulchritudinem alienam; non dixit: Ne videas, sed ne cognoscas. Illud tollens, ne curiosè animadvertas, ne curiosè intueare. Sed quid mali hinc possit oriri? Ex hoc amor velut ignis excitatur; ut enim ignis, ubi sternum aliquod arripuerit, nihil moratur, sed simul, ut attingit materiam, lucidam accendit flammam; itidem & ignis concupiscentia, quæ est in nobis, simul, atque ipse oculorum intuitum elegantem, ac venustam attingit formam, proinus exurit animam. Unde pulchre, & eleganter ad oculorum abstinentiam nos monet D. Ambrosius in Apologiæ posteriori pro Davide. Ne te vincat, inquit, concupiscentia forma; si non vis vinci, non congregare, ne de te vitia coronentur.*

Si vincere vis, oculos claudere.

Matth. 5. n. 29. Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum; & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Numer. 30. Et si dextera manus tuæ scandalizat te, abscede eam, & projice abs te, expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus eat in gehennam.

VERSIONES.

Syriacus. Si autem oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue eum, & projice abs te: præstat enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum cadat in gehennam. Si manus tua dextera offendiculo tibi fuerit, amputa, & abjice abs te: satius enim tibi fuerit, ut pereat.

Arias. Confert enim tibi, ut pereat. Theophylactus. Utile enim tibi est, ut pereat unum ex membris tuis, & non totum corpus mittatur in gehennam. Euthymius. Et si dextera manus tua obstiterit tibi; amputa eam & projice abs te, expedit enim tibi. Vatablas, Arias. Non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.

EXPOSITIO.

OCURAT Dominus supra, concupiscentiam vitandam: ad ejus exactam observationem jubet suis, amputare, ac secare omnem occasionem, quæ libidini, & concupiscentiæ, potest subministrare materiam. Ait Dominus: *Si oculus tuus dexter, non enim nos imperat Dominus, amputare, & sensus sex- auferte materialia corporis membra, ut fecit tus.* Origenes, qui se castravit; ac quidam juvenis, qui pede conculecaverat parentem, illum amputavit ut legitur in vita S. Antonij Olyssiponensis: nam hæc illicita sunt. Sed parabolicus est sensus; nam sicut oculus dexter, & manus dextera sunt membra valde chara homini, ac necessaria ad vitæ commoditatem; ita etiam sub hac parabola nos instruit Dominus; quòd quæcumque nobis maximè chara, & utilia, ac frugifera ad vitam transigenda; nisi tamen nobis sint impedimenta, ac offendicula ad viam salutis, omnino amputentur, & dimittantur à nobis. De quo quæst. sequenti.

Scandalizat te, hoc est, facit ut cadas, seu impingas, seu offendas; nam scandalum, est quodcumque via impedimentum, quo inter eundem impingitur homo. Hinc scandalizare, idem valet, ac offendiculo esse, seu offensiois; aut ruinæ causam offerre. Hinc, ut observat Franciscus Lucas peccandi causa, quæ aut nos labefaciunt, aut remorantur in via salutis, scandala dicuntur. Erue eum, & projice abs te. Severè, ut notat Chrysofomus *homil. 16.* præcipit Dominus, secare, & amputare omnem occasionem peccati. Et ideo, ut notat Euthymius; non solum dicit: *Erue eum,* sed etiam addidit, *projice abs te.* Et loquitur Dominus de oculo dextro, non de sinistro, ut ponderat D. Thomas. Car non ait: Si d. Thom. sinister oculus scandalizat te, ut fieri potest. Quia dum jubentur amputari, quæ sunt majora, & chariora, & à fortiori, ea quæ minora existimantur, ut sinistra. Et ut rectè notat Cajetanus, meminit Dominus oculi, & manus ut omnia genera utilium comprehendat: quicquid enim est nobis utile, vel ad ea, quæ sunt notitia, quæ per oculum, vel ad ea, quæ sunt actionis, quæ per manum significantur, utile est. Ita Cajetanus. *Quam totum corpus mittatur.* Ecce acutissimus gladius, gehennæ timor, quod oculi, manus, & pedes, ac quæque charissima abscondantur.